



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

7. Magni mei Magistri Dazæ & ipso posteriorum vrgentiora contra
Soaristas argumenta retusa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN VII.

*Magni mei Magistri Daza & ipso
posteriorum urgentiora contra Soa-
ristas argumenta retusa.*

1. Aliis rationibus peculiaribus affirmantem Soaristicam sententiam impugnauit Doctissimus, & acutissimus Magister meus Didacus Daza manuscripto citat. de prædest. d. 3. §. 4. Prima ex constitutione libertatis diuinorum decretorum solum per extrinsecam connotata procedit. Etenim decretum efficax gloriæ liberum est: ergo in ea opinione de constitutione libertatis diuinorum decretorum per extrinsecam connotata gloria ipsa absolute posita debet constitui: atque et ipsa & absolute non nisi propter merita est ac ponitur: ergo decretum, & electio efficax gloriæ non nisi gloria absolute posita propter merita haberi à Deo potest; quare, & ante merita absolute posita à Deo haberi, & concipi liberè repugnat æquè, atque electionem illam à Deo liberè ac non liberè simul haberi. Virgo ab opposito: decretum, seu electio efficax, & libera gloriæ effectu ipso gloriæ absolute posita debet in hac opinione constitui: ergo, si ante absolute posita merita nostra, & absolutum vsum nostræ libertatis absolute extrinsecus exercitè est posita gloria nostra: ergo eius absoluta exercitè, & extrinsecus à Deo appositio ab absolutis meritis, & vñ libertatis nostræ non pendet, immo nec pendere potest. Hoc autem pugnat cum Catholica, & dogmatica veritate de electione executiua prædestinati ad gloriam, huiusque collatione propter merita quam Catholicè aduersarij ipsi statuunt, voluntque cum sua electione efficaci antecedenti merita componere. Nec patet in opinione connotatorum extrinsecorum effectuum ad decretorum Dei libertatem constituendum recursum ad ordinem intentionis, & executionis electionis duplicis liberæ, anterioris scilicet ordine intentionis, & posterioris ordine executionis. Etenim, vt vidimus executione, & absoluta positione exercita gloriæ quodvis liberum Dei decretum constituendum necessario est. Vnde controu. 4. de voluntate Dei d. 4. & 6. in hac opinione ordinem intentionis & executionis euerit contra ipsam ostendimus. Nec magis præstat actiones extrinsecas ex fine Dei voluntate in eis edendis præstituto realiter specificari, & entitative diuersificari: etsi enim falsa hæc doctrina admittatur, atque ad diuersitatem connotatorum pro decretorum diuersitate designandam inferuerit: forsque etiam ad ordinem intentionis inefficacis cum ordine executionis tuendum, non vero intentionis efficacis obiecti directè voliti: cum enim efficacia ipsa decreti liberè etiam à Deo concipiatur nullo alio quam obiecti absolute extrinsecè existentia & positione efficacia illa libera decreta potest constitui, vt patet. Impugnatio hæc à Deo efficax, & ad manum in ea opinione connotatorum est, vt miser nostrum Vasquez, Herize, & alios eius ea in te sequaces, qui ita solum decretorum diuinorum libertatem defendi posse, ferè euident putant, eo contra Soaristas discursu vfos non fuisse. Etenim, licet aliter ipse de libertatis diuinorum decretorum constitutione censet demonstrationibus, quas tales, hi putant pro opposita constitutione libertatis diuinæ per extrinsecus effectus, & connotata satis recte eos ab opposito principio in præsentem virgerent. Atque ita ego impugnationem hanc Daza auditor præcipuam, & efficacissimam æstimabam. Iam vero, cum ex cogitata, probataque à me potentia, & motione vera, & reali (licet non physica) intentionali, absque reali physica diuersitate actus à potentia in intellectu, & voluntate diuinæ constitutionem libertatis decretorum Dei per eius prorsus intrinsecam adæquate nec difficili Philosophia, & Theologia composuerim, leuem post hæc impugnationem reor, eaque subinde abstinendum.

2. Impugnant Daza idem, & Herize (euidenter

putant) primum modum electionis huius efficacis, scilicet præcisiue, ex parte adhuc obiecti, à merito. Etenim ex vi anterioris eius voluntatis non potest non potestate vlla Deus gloriam ita ad illam electio tribuere, siue adfuit, siue non adfuit eius merita: ergo, nec potest potestate vlla ita electus illam à Deo recipere, siue adfuit, siue abfuit eius merita: etiam si nequeat libertas ad meritum, quod efficacia electionis non pertingit: consequentia est legitima à necessitate actus agendi, seu impotentia actiua non donandi exercitè, & completè ad necessitatem passiua recipiendi, siue impotentiam passiua non accipiendi. Antecedens ipsa electio præcisiua est. Si enim deficientibus meritis posset gloriam non dare ea electione posita, eius efficacia absoluta à meritis non præcideret, quod quidem eis non positis careret effectu. Virget autem Daza: quia gloria per se primario, & proxime libera prædestinato non est, neque esse potest: Ergo solum potest ipsi libera esse secundario, & mediè ratione immediatè libertatis prædestinati ad meritum, à quibus ipsa pendet: atque ea electione efficacie demandat à Deo gloriæ præcisiua à meritis seu, siue non adfuit, siue adfuit merita, gloriæ donatio fit inuicem, & independentes à meritis: ergo nec secundum nobis libera esse potest. Probatur consequentia, libertas nostra solum potest secundario donatio gloriæ conuenire ob dependentiam eius à meritis nobis proximè, & immediate liberis: sed hanc auferit donatio gloriæ electio illa efficax anterior præcisiua à meritis: ergo, & secundariam, quare & omnem nostram, siue respectu nostri, libertatem. Confirmat exemplo: si enim quis à licitoribus comprehensus in carcerem ducatur, vique velit nolit ducendus, etsi tunc etiam liber maneat, vt velit ire vel nolit, non tamen vt in carcerem eat, vel non eat, quo scilicet velit nolit trahendus à licitoribus est. Confirmat nulus à contrario. Si Deus ante præcisiua absolute cuiuspiam demerita statuisset ei gloriam non dare, liberum ei gloriam antere non foret, etsi liberum esset meriti illam, vel non mereri, quod attinet ad meritum intrinsecum (quod suppono ex pacto, aut promissione Dei non pendere) quia antecederet ad merita voluntate efficaci Dei erat a gloria exclusus.

3. Acutissimus tamen ad speciem nodus, nec alius quam Gordius, soluendus ex iam dictis facile soluitur: etsi enim electio hæc independentes à meritis subiectiue habita à Deo fit, & obiectiue etiam ad gloriam, præcisiue ab illis donandam, si abessent, ac subinde ab eis independentes: de meritis, quod meritum motionem intelligendum est, non autem quoad conditionem, & dependentiam obiectiuam electionis illius. Etenim scientia media regulari: quare, & ab ea eiusque obiecto, nempe conditionata futuritione meritorum, ac tandem absolutis meritis, ac libertate (à quibus functione eorum conditionata obiectiue, & verificatiue: purificata conditione pendet) docent pendere Soaristas. Quare sublati meritis, & vñ nostræ libertatis absolute, prædestinati electio illa non fuisset, ac subinde ex vi ipsius gloriæ collatio non esset: quare, licet hæc vi electionis illius cum meritis, quo ad motionem meritum non connectitur neque ab eis dependat, quia ab ea motione independentem donanda efficaciter, & præcisiue gloriæ decernitur, connectitur tamen cum eis ac dependet pro priori obiectiua illius dependentia, vt sit purificata conditione, à libero vñ voluntatis prædestinati in meritis absolute apponendis, quare & secundario libera gloriæ donatio nobis est cum autem per subsequenter electionem medijs vterius Deo ita efficaciter præcisiue præcisiue possibilibus, merita quæ ea electione motiue seu quo ad motionem meritum exclusa non fuerant, determinatè electionem meritum exclusa absolute (vt dogma fidei docet) ad gloriam donationem exercent. Atque, vt breuius soluiam, totam cingam cum præcisiua illa electio efficax gloriæ Soaristica ex parte obiecti à donatione gloriæ quam efficaciter respicit, motionem meritum, si adfuit, non excludat positue, sed solum positue non includat, neque ad futuram determinationem non adfuit, vt gloria donetur, sicut nec determinat non adfuit, vt gloria donetur, sicut nec determinat voluntati solum

excludit ab executione voluntate, donationeque gloriae, ita electio ad illam, motionem meritum conditionare, nempe, si ea merita non adfuerint, cogitque ita eligentem Deum, ut tunc etiam, cum merita adfuerint, aliunde gloriam, quam ex motione meritum conditionate praestitum donet: quare illud *sue sint, sua non sint merita* (quod ex parte obiecti electionis illius est) *eligere*, & *donare gloriam*, non ita intelligitur de independentia donationis, conumque motione meritum eius a meritis, etiam si fuerint, sed solum, si non sint, neque, ut media per subsequentem electionem, ut gloria exercere donetur, determinate eligantur; alioqui ad gloriam donandam electione illa merita, & eorum meritum motio essent positum exclusiva, nec solum praestitutio non inclusa: quo solum sensu, & acquocatione difficultatis speciem praefata impugnatio, & confirmationes habent. Illud (quod incautos posset forte decipere) de istoribus exemplum ad rem non est: cum illi medium independentem a libera carcerandi hominis voluntate ad ipsamque velit, nolit, in carcerem intrandum ex efficacia voluntate eius consensum voluntarium in carcerem eundi positum excludent, determinate elegerint, & appoverint. Habere fors similitudinem aliquam posset, si licet scientiam mediam infallibilem ex Dei revelatione haberet eum hominem sponte, & arbitrio suo in carcerem iturum, ingessurumque, nec medium violentum comprehensionis adhiberet paraturne haberet in voluntarij, ac liberi illius ingressus defectum, sed determinate per voluntarium, & liberum hominis ingressum, ipsum, ac non aliter, carcerati elegeret ex voluntate efficacia a medio aliter praesentem. Ex vero casu nihil contra Soanisticam sententiam exemplum illud concludit, ut patet.

5. Praesentia huius efficaciam electionis impugnat Daza secundo: quia beneficium Redemptionis nostrae per Christum, & Sacramentorum, valde extenuatur. Cum enim antea electi ad gloriam, tam infantes, quam adulti praedestinati forent, nec Adami peccatum posterius: nec originale a posteris deinceps contractum, nec meritum, & sanctitatis defectus: immo nec actualium peccatorum demeritum, & malitia gloriam ipsi consequenda posset absolute impedire: cum vi electionis illius, his non obstantibus, gloriam non consequi minime possent. Addit gratia ipsius nobis ad bene operandum beneficium nimis imminui, est ex Dei solum benevolentia putata, vel etiam ex meritis Christi donetur: quantum enim beneficij, inquit, erit excitari iuvareque, ut nostro opere labore, ac merito habeamus quod alias ex electione illa habere nullatenus possumus. Si tamen ut diximus certamine sexto, numero quinto praedestinatorum electio non nisi post Adae peccatum, & Christi incarnationem post illud meliore Theologia decreta admittatur, ea absurda evanescent. Sin autem, ut alij volunt ante illud Christum Redemptor etiam decreta fuisse, & ex eius meritis habita eiusmodi dilectio, foret aequae absurda disparant; ac denum ut electio illa a medio meritum determinato praecedens subsequenti electioni medij illius determinat locum facit, ac relinquit ita & medio redemptionis Christi, & Sacramentorum, quo deficiente ex vi praesentis decreti, anterioris adhuc ad voluntatem executionem donationis gloriae ita electis non donaretur: quare ex vi praesentis decreti ingentes gratia Redemptionis, & Sacramentorum beneficiis pro obtenta gloria sunt habenda, quae alias ex vi praesentis decreti non obtineretur, est vi aliorum decretorum esset obtinenda: maxime, cum electio illa efficax intentio non autem executiva sit, neque talis esse possit, sed alterius medij electionis ad donationem gloriae necessario subordinata. Postremum de imminutione beneficij gratiae auxiliantis infirmius adhuc est, nec satis attendens, quantum distet laudis estimabilis, & gloriae inter benemeritum boni alicuius, & non benemeritum, sed parum illius possessione felicem: cognosci autem facile inde potest; quod gloria humanitati Christi iure etiam hypostatica unionis debita in expectatis eius meritis collata ab illius amantissimo Deo non fuit, ne tantum

eius beatitati gloriae, & splendoris desset: quem, quia discipuli passionis eius atrocitati, & ignominiae intenti, non attendebant stultos illos Emmaus euntes appellavit verbis illis, *stulti & tardi corde*, &c. *nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*: Quasi, quae meritis gloria parva alicui non est, quod ad estimabilitatem attinet, non sua censenda sit, sed aliena.

6. Secundum modum electionis efficaciam antecedentis gloriae non praesens, sed conferenda per merita impugnat idem Daza: quia ea electio nequit in virtutibus simul & directe ferri: quia ut Soarius ipse fatetur, voluntas finis expresse, & directe nequit ea esse mediocrum voluntas: gloria vero, & merita finis, & media sunt: quare virtutibus nequit esse eadem voluntas expresse, & formaliter. Neque efficax gloriae voluntas formalis potest voluntas virtualis meritum esse. Cum medium vnicui dandi gloriam Deo merita non sint, qui potest illam absque meritis conferre: sed nec potest velle gloriam directe, & indirecte merita, siue gloriam cum ordine ad merita in communi: quia Deus sicut scientia sua non praescindit rationem communem ab individuis, ita nec voluntate & affectu: quod melius probaretur: quia si efficacia eius voluntatis merita etiam indirecte pertingit, nequit praescindere, cum activa sit, nec actuum principium vllum praescindere in effectu seu obiecto in quod fertur vltatenus possit, ut saepe monuimus: sed nec potest indirecte ferri in merita particularia, per quae obtinenda est, (ut tandem ferri Soar. fatetur, de auxiliis c. 19. n. 20.) electio illa potest: quia ordo gloriae ad merita per quae conferenda est non est ipsi gloriae intrinsicus, cum eadem gloria aliunde, & cum merita adfuerint, seclusa Dei promissione dari posset: immo, & absolute non dari quod ea seclusa, ac meritis solum congruis in sententia Soarii manentibus, nequit non ipse admittere: ergo ordo ille extrinsecus gloriae est a voluntate Dei volentis, seu post modum voluntati dare illam propter merita ergo nequit amari gloria danda propter merita indirecte ratione ordinis ad merita, quia reflexe a Deo amatur voluntas illa natura posterior praemiandi merita per gloriam. Hoc autem Deo repugnat, nempe reflexa, & imperans voluntas voluntatis alterius, ac proinde (& ob alias rationes leiores) tamen quis ab alio quopiam praemiatur, & homo a Deo, possit dignitatem aut gloriam, ut praemium: quare & praemiandi voluntatem alienam efficaciter velle, nequit tamen Deus suam efficaciter velle: ego vero levia haec omnia iudico: est enim per Soarium, & nos finis, & media formaliter, quae talia, nequeant voluntate eadem reali formali & intentionali expresse, & directe amari ob veram prioritatem, & influxum amoris finis, quae talis, siue intentionis in electione, ut contra Recentiores plures controuerse anima, & hoc rōmo saepe monstrauimus: est materialiter virtutis, simul formaliter directe, & expresse potest amari, ut ibidem ostendimus. Secundo Deum suos actus reflexe amare efficaciter posse, & imperare contra Ruiz, & antiquos plures euicimus contr. 4. disp. 6. q. vult. Nec inde ad omnem virtutis actum directum reflexus, & imperans alius constitui in Deo debet, cum ipse non ex difficultate, sed ex libertate sua perfectissima pro libito actus suos imperet, vel promptissime absque vilo eliciat imperio, si velit. Tertio demum, quoad obiectum electionis, seu intentionis gloriae ob merita conferenda designandum eadem difficultas est intentionis antecedentis inefficacis a Daza, & omnibus admittit, & catholice necessario admittenda, atque electionis, & intentionis efficacis, tamen haec alias ratione intrinsecae efficacis difficultates patiatur, de quibus certamine 8.

7. Contra conclusionem affirmatiuam in questione de facto opponit idem Daza: quia cum Deus gloriam voluerit efficaciter per merita, & media singularia, quibus obtinenda de facto erat, ut bene Soarius proxime aiebat, sit plane, ut per merita Christi, quibus de facto obtinenda erat (nimirum passionis, mortis, &c.) obtinendam decreuerit. Vel ergo Christus ante peccatum Adae praesens decretus, vel post illud praesens: si ante illud: ergo, & ante illud passibilis decretus Christus est contra omnes Doctores: siquidem absque passibilitate ipsius passionis, & mortis eius merita esse non poterant, vel saltem necesse erat, ut Deus non modo pecc

X 2 2 casi

cati permissionem vellet, sed ipsum peccatum, sine quo eius passibilitas, & merita passionis, & mortis, quibus obtinenda à nobis erat gloria, esse non poterant: immò iuxta Soanij doctrinam, & consequentiam. 3. part. tom. 1. d. 5. sect. 3. peccata etiam flagellantium, crucifigentium, &c. quæ passivè à Christo recepta, passio meritoria, & satisfactoria ac redemptio nostra erat à scelestis ipsorum actione reipsa indivisibilibus, ac eadem. Secundo: si Christus post prævisum peccatum Adæ, & originale fuit decretus, atque ob ipsum electio hæc prædestinatorum ad gloriam facta, cum absque illa, atque ex sola inefficaci intentione gloriæ tanti Redemptoris, & redemptionis beneficium, & gratia collata nobis est, cur non ex inefficaci intentione auxilia ad perseverantiam finalem, longè maioris æstimationis nobis provenient? Item cum gratia auxilia Adamo in statu innocentie prout, & providenda cuius ceteris si non peccasset, neque hi originale contraherent, & quibus in statu innocentie perseverarent, & salvarentur ex simplici intentione salutis eorum provenirent, cur non & post prævisum Adæ, & originalia nostra peccata decretumque Christum Redemptorem: siquidem tanto Redemptore decreto & habito intentio illa inefficax tantum habebat tamque validum motum, ut ad auxilia efficaciam perseverantiam adeo obtinenda luaretur? Congruæ quidem rationes istæ sed admodum efficaces non sunt. Prima de necessitate amandæ peccatum non videtur si Christus absolute ante illud prævisum decretus sit, & conditionatè solum Redemptor passibilis, si peccatum posteriori signo eveniat, ut plures Theologi sentent: sed nec si absolute etiam passibilis Redemptor absolute pro priori ad peccatum fuerit decretus: sat enim erit Deo velle peccatum permittere, ut causa, & intentio redemptionis passibilis Deus non cadat; etsi absque peccatis nequeat obtineri, ut de peccati permissione cum Soario licet propria ratione dicemus d. 5. de effectis prædestinationis illum prædestinationis effectum esse ostendentes. Ad reliqua constat decreto & habito post peccatum Redemptore tanto motum adeo excellens potentique Deo extitisse, ut efficaciter ad gloriam prædestinatos, alias absque ipso non eligendos. Ex dictis autem ad primum constat gloriam prædestinatorum per merita penitentiae aliæ quæ peccata supponant vel prædestinatorum vel aliorum ipsos per iniuriam & nefas exercentium efficaciam esse posse, quin Deus ex ea velle peccatum cogatur, ut idem Daza obiciebat.

8. Denique ex Valsq. alij opponunt antecedentè voluntatè & intentione gloriæ, equalem esse ex scriptura in Deo, pro prædestinatis, & reprobis, respectu quorum efficaciam non est ut patet. Ergo nec pro prædestinatis; sed illud *vult omnes homines salvos fieri*, non probat intentionis salutis pro utrisque æqualitatem, cum absolute verum sit, utrorumque salutem à Deo intendi, etsi impensius prædestinatorum salutem intendatur: quod ab huius intentionis efficaciam intrinsecam præcendendo satis verosimilius respondet Soarius quam admittendo unam salutis intentionem pro omnibus æqualem, addendoque efficaciam aliam pro prædestinatis ut admittit citato loco & putat probabiliorē i. p. tract. de prædestinatione: etenim nemo absque nova ratione, & ex se solum ipso rem eandem efficaciter simul, & inefficaciter intendit, multoque minus absoluta & conditionata voluntate cuiusmodi inefficacem voluntatem salutis omnium Soarius esse affirmat. Maxime cum ex intentione inefficaci illa communia auxilia efficaciam ad actus honestos omnes, & meritorios dari à nobis à Deo possint atque haberi à Deo ad æquata prædestinatio ut supponit ubique contra Dominicanos Recentiores, idem Soarius, immò ex eiusmodi intentione ad plures actus meritorios, & honestos virtutisque excellentiores, & absolute perfectiores, quam sit prædestinatorum plurium finalis penitentia & conversio non paucis reprobis dantur: ergo & ex eadem inefficaci intentione poterunt dari dabunturque auxilia efficaciam ad finalem penitentiam prædestinatis, quin efficaciam alia intentio salutis ipsorum præcedat. Ac tandem cum prædestinatis etiam auxilia sufficientia aliquot, & pleraque quandoque dentur, aliæque efficaciam, atque alia aliis inter se, & ad eundem finem subordinata ex eadem certe finis intentione debent subordinari, & conferri, quia

sufficientia ab inefficaci, efficaciam vero ab efficaci conferantur: nequeunt autem ab efficaci sufficientia dari in Soaristarum sententia, qui inter auxilij conferendi, & intentionis ex qua conferitur efficaciam proportionem requirunt, indeque electionis antecedentis prædestinatorum ad gloriam stabilire contendunt: ergo conferuntur, tam sufficientia, quam efficaciam auxilia prædestinatis ex intentione, quæ ad ea omnia subordinanda potens absolute per Soarium est, inefficaci. Argumenta contra negantem nostram sententiam ab æstimatione Patronis ex ratione petita soarism non propono: quia certam, seq. contra unamquamque ex eibus statuendis conclusionibus, dum ea diluciam, proponam.

CERTAMEN VIII.

Duplici conclusione negans sententiam stabilitur, & ab oppositis vindicatur.

1. **D**E facto prædestinati ante merita ipsorum prævisum non sunt ad gloriam efficaciter electi: clausa eligi absolute modo aliquo Soaristico possunt. Habet Patronos quos dedimus cert. 2. n. 8. Probat conclusio: quia per hos Doctores, cum quibus disputamus alijque eiusmodi efficacie antecedente electione prædestinati ad gloriam, & prædestinatio adequatè, & totum subsidium salutis eius certo, & infallibiliter consequens negotium ex inefficacie intentione salutis transigunt, peraguntque à Deo potest. Ergo ex natura rei electio ista intentio illa efficax antecedens gloriæ prædestinati ad eius prædestinationem superfluit. At nullum est fundamentum ad asserendum electionem, seu intentionem efficaciam gloriæ prædestinati ipsius prædestinationem, ac finalem meritum absolute de superfluo antecedere. Ergo non præcedit. Pater consequentia postrema: quia nihil superfluum ad rem aliquam admittendum de facto, & hoc fundamento ad ipsam est. Antecedens vero postrema etiam illationis probatur: quia neque in scriptura, nec Patribus eius electionis asserenda fundamentum aliquod adeft, ut ostendimus cert. 3. & 4. neque vilius à ratione est eiusdem asserenda præsidium, ut ex rationum, quibus aduersarij utuntur propositione examine, & solutionibus iam ostendo: Prima Soarij, & asserendum ratio, intentio finis proportionata esse debet in conatu, vel providentia, quantum fieri absolute possibile est, ni mediocum, atque magis proportionata est intentio efficaciam finis salutis, & gloriæ prædestinati cum electione efficaciam mediocum ad eius assecutionem, quam inefficacia eius salutis, & gloriæ intentio: ergo conaturaliori providentia intentio efficaciam gloriæ, & salutis prædestinati cui prædestinationi præcedit, quam solum inefficax intentio, ergo efficaciam intentio de facto prædestinationem omnivis prædestinati antecedit. Pater consequentia: quia in rerum providentia ea de facto admittenda est, quæ conaturalior esse deprehendatur. Cæterum ratio hæc valde exugis est, & infirma: est enim proportio inter intentionem, & electionem, quoad efficaciam in conaturali, seu conaturaliori providentia servanda admittatur (& gratia quidem, cum ex intentione inefficaci in conaturaliori providentia ab omnibus admittitur efficaciam mediocum, cuius electio sæpe à Deo, & à nobis etiam habetur) non infertur servandam esse inefficaciam intentionis, & obiecti electionis, seu mediocum electi, sed electionem ipsam, inter intentionem autem, & electionem ipsam quoad efficaciam proportio servaretur, est electio mediocum solum sufficientis esset: siquidem mediocum illius efficaciam electio foret. Secundo idem Soaristæ omnesque Theologi admittunt reprobis ex inefficaci intentione auxilia plura efficaciam eligi conferrique de facto ad actus honestos, & vitæ æternæ meritorios: plura, inquam, etiam quam eligantur, & conferantur multis prædestinatis: ergo conaturaliori providentia non requiritur ea